AÑO LV — 11 DE MARZO DE 1907 ‖ NÚM. 5.

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO DEL Obispado de Astorga.

**Sumario:** Circulares de la Secretaría de Cámara.—Astoricen.—S. Cong. de Indulgencias. —Cong. S. R. et U. Inquisitionis.—S. Cong. del Concilio.—Nombramientos.—Asociación Sacerdotal de Sufragios.—Movimiento del personal eclesiástico en el Obispado.—Necrología.-Limosnas para Su Santidad.=Id. para los Santos Lugares.=Id. para la Propagación de la Fé.=Id. para los Esclavos de Africa.=Bibliografía.

## OBISPADO DE ASTORGA

### CIRCULAR SOBRE «TIEMPO DEL CUMPLIMIENTO PASCUAL»

Siguiendo la costumbre laudable de sus dignísimos predecesores y procediendo en conformidad con lo dispuesto en las constituciones sinodales el Obispado y ordenado por el Concilio Provincial de Valladolid, S. E. Ilma. el Obispo, mi señor, ha venido en declarar que el tiempo para el cumplimiento pascual, abierto ya, como en años anteriores, termina en la Dominica fiesta de la Sma. Trinidad.

DR. AGUSTIN PARRADO
Secretario.

De orden de S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, se recuerda á los Sres. Curas y encargados de parroquias que en todas las iglesias donde se celebren los divinos oficios el día de Viernes Santo, se debe hacer una Colecta para los Santos Lugares, cuyo producto ha de ser remitido á esta Secretaría.

Así mismo se previene á los Rvdos. Señores Arciprestes que S. E. Ilma., con el favor de Dios, consagrará nuevos Santos Oleos el día de Jueves Santo, que, por si mismos ó por otro sacerdote ó clérigo «in Sacris» habrán de recoger cuanto antes y distribuir entre las parroquias de su partido.

También se anuncia para conocimiento de los fieles que S. E. Ilma., en virtud de las facultades concedidas por la Santa Sede, bendecirá solemnemente al pueblo después de la Misa Pontifical que, Dios mediante, ha de celebrar en la S. A. I. Catedral de esta Ciudad en la Dominica de Resurrección del presente año, con indulgencia plenaria y remisión de todos los pecados á los que, verdaderamente arrepentidos, confesados y comulgados se hallen presentes á dicho acto.

Astorga 1.° de Marzo de 1907.

Dr. Agustin Parrado,
Srio.

## ASTORICEN

Episcopus Astoricen in omnibus Sanctimonialium conventibus invenit ut Sacrum habitum seu novitiatum nulla admitatur, nisi prius tribus mensibus intra clastra commoratae illum postulaverit. Ex speriencia demonstratum est

ejusmodi statum convenientíssimun esse; cum vero, ut stare possit, videatur necessarias esse facultates proptes clausuram, eas á S. V. supliciter Episcopus orator expostulat. Et Deus.

Vigore specialium facultatum á S. Smo. Domino Nostro concessarum, Sacra Congregacio Emorumae Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepósita denique annuit precibus Episcopi oratoris pro petita facultate-Contrariis quibuscunque non obstantibus.=Romae 25 Februarii 1907,=D. Card. Ferrata Praef.=A. Giustini.

## S. Congregación de Indulgencias.

### DECRETUM

**De S. Communione infirmis non ieiunis.**

Post editum de frequenti et quotidiana SS. Eucaritiæ sumptione decretum die 20 mensis Decembris 1905, concesasque a SSmo. D. N. P. Pio PP. X die 30 mensis Maii eiusdem anni indulgentias omnibus Christi fidelibus, qni certas preces devote recitaverint pro quotidianæ Communionis propagatione; post edditum præterea decretum *Urbis et Orbis*, die 14 mensis Februarii 1906 a S. C. Indulgentiarum et Reliquiarum, cuius decreti vi possent Christi fideles per quotidianam Communionem lucrari omnes indulgentias, absque onere confessionis hebdomadariæ, vix dicere est, quanta lætitia benignæ huiusmodi S. Sedis dispositiones exceptæ sint, præsertim ab Episcopis et moderatoribus religiosorum Ordinum (1). Excitato inde studio fovendæ pietatis, quæsitum est, si quo forte modo consuli posset ægrotis diuturno morbo laborantibus et eucharistico Pane haud semel confortari cupientibus, qui

(1) Cfr. *Acta S. Sedis*, vol. 37 pag. 400, et vol. 39, pag. 62.

naturale ieiunium in sua integritate servare nequeant. Quare suplices ad hoc preces delatæ sunt SSmo. D. N. Pio PP, X; qui re mature perpensa auditoque consilio S. Congregationis Concilii (1). benigne concessit ut infirmi, qui iam a mense decumberent absque certa spe ut cito convalescant, de confessarii consilio, SSmam. Eucharistiam sumere possint semel aut bis in hebdomada, si agatur de infirmis qui degunt in piis domibus, ubi SSmum Sacramentum adservatur, aut privilegio fruuntur celelebrationis Missæ in Oratorio domestico; semel vero antea sumpserint, servatis de cetero regulis a Rituali Romano et a S. Rituum Congregatione ad rem præscriptis. Præsentibus valituris, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romæ, die 7 mensis Decembris 1906.

† Vincentius, Card. Episc. Prænestinus, *Praefectus.*

C. De Lai, *Secretarius.*

---

## S. Cong. S. R. et U. Inquisitionis.

*Sacerdotibus navigantibus conceditur facultas excipiendi in itinere confessiones etiam fidelium non navigantium.*

*Feria IV, die 12 Decembris 1906.*

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis Emi ac Rmi Dni decreverunt:

Supplicandum SSmo ut concedere dignetur sacerdotes navigantes, de quibus supra (2), quoties, durante itinere, navis consistat, confessiones excipere posse tum fidelium qui quavis ex causa ad navem accedant, tum eorum qui, ipsis forte in terram obiter descendentibus confiteri petant eosque valide ac licite absolvere posse etiam a casibus Ordinario loci forte reservatis, dummodo tamen—quod ad secundum casum spectat—nullus in loco vel unicus tan-

(1) Cfr. *Acta S. Sedis.* vol. 37, pag. 499, in causa *Romana et aliarum.*

(2) Cfr. Acta S. Sedis, vol. 40, pag 24.

tum sit sacerdos adprobatus et facile loci Ordinarius adiri nequeat.

Sequenti vero feria V, die 13 eiusdem mensis enni, SSmus D. N. Pius PP. X annuit pro gratia iuxta Emorum Patrum suffragia.

Petrus Palombelli, *S. R. et U. I. Notarius.*

## Sagrada Congregatione del Concilii.

### COMPOSTELLANA

**Postulati circa simoniam beneficiis.** *(Concil. Trid., sess. 24, cap. 14 de Reform.)*

*Die 22 Decembris de 1906.*

Emus. Cardinalis Archiepiscopus Compostellanus in exhibenda H. S. C. relatione status suæ diœcesis initio iam labentis anni, sequens proposuit pro solutione postulatum: «In hac Archidiœcesi plures sunt parochiæ Iurispatronatus laicalis, et cum occurrit vacatio alicuius parochiæ, ad provisionem eiusdem, vel fit electio a pluribus qui gaudent hoc iure, vel duo clerici præsentantur a duobus patronis. Tunc lis agitatur vel inter plures electores, iuxta numerum votorum quem candidati obtinent, vel inter duos patronos super meliori iure ad præesentationem faciendam, non autem super idoneitate præsentatorum.

«Accidit autem fere semper ut præsentati se sistant in tribunali diœcesano et solvant expensas litis inter patronos agitatæ; quod Archiepiscopo videtur et iniustum et quasi simoniacum: iniustum, quia non agitur de iure præsentati, sed patroni, et iniustum est ut portet onus expensarum, in lite non sua; simoniacum, quia per solutionem huiusmodi expensarum, quæ non sunt parvi momenti, pervenit præsentatus ad possessionem beneficii vacantis. His positis Archiepiscopus petit: 1) An liceat clerico præsentato a patrono laico se sistere in iudicio ad sustinendam litem super iure patronatus; 2) an ipsi clerico liceat solvere expensas litis; 3) an prohibendum sit patronis laicis ut clericis ab ipsis præsentatis imponant onus sustinendi litem et solvendi expensas.»

Cum autem quæsiverim, ut Emus. Vir casum aliquem in concreto proponeret, quo melius constare posset de incommodis et irregularitate enunciatæ praxis, ipse hæc retulit:

«Alegaré en prueba de ello un caso muy reciente en que el presentado gastó cincuenta duros para ofrecer la prueba del árbol genealógico que demostraba el derecho del patrono. Actualmente se tramita en el Tribunal el expediente de la provisión de una parroquia, para lo cual fuó presentado en primer lugar un clérigo indigno; y esto se explica fácilmente, porque, como los patronos nada gastan en el pleito, acceden con facilidad á las pretensiones de aquellos que menos merecen las parroquias; dan palabra y contraen á veces compromiso con mucha anticipación cuando aún no está vacante el beneficio, derivando de esto grandes intrigas y ofertas simoniacas con el objeto de ser preferidos en la presentación.»

Profecto dicta praxis in diœcesi Compostellana vigens sive in se spectetur, sive in consectariis, videretur esse damnanda. Sane primo, ut advertit Emus. Archiepiscopus onus impositum præsentatis vel nominatis defendendi in eventuali iudicio patronos laicos ab impugnatione iurispatronatus et litis expensas sustinendi, est contra æquitatis legem. Nam facta defensio in directam vertit utilitatem patronorum et commodum. Unde iustum est ut ipsi litis fastidium et incommodum expensarum persentiant: præsentati et nominati ad summum habendi sunt ut patronorum mandatarii in dicto impugnativo iudicio, expensis hinc levandi sunt.

Quod si in huismodi litibus aliqua utilitas etiam in præsentatos obveniat, id tantum indirecte fit, cum primario iura patronorum in disceptationem veniunt, et nullo conone vel lege est cautum ut præsentati vel nominati cogantur esse defensores ipsorum qui se præsentarunt vel nominarunt, et litis expensas ferre contra oppositores.

Sed dicta praxis ex alia longe graviori ratione videtur reprobanda, quia nempe redolet speciem simoniacæ labis. Scitum siquidem in beneficiorum collatione omnem conventionem et pactum esse interdictum *c. 24 de simon.*, quod extenditur sive ad præsentationem, sive ad possessionem, sive ad resignationem, prouti hi actus in beneficiis intercedere usuveniunt; (confer. S. Alphons. *lib. 3,*

*n. 69 in Theol. Mor.*—Pirring *lib. 5, tit. 3, n. 79* et alios). «Pacta vero et conventiones uti observat Card. D'Annibale *in sua summula Theol. Mor., l. 3, n. 412 in nota n. 1)*, heic accipere debemus, quæ onus seu obligationem imponunt, quæ non inest iure, aut fundationis tabulis. Illud non interest utrum onus vel obligatio quæ imponitur, temporale aliquid sit an spirituale et in cuius vel publicam utilitatem cedat, *ex cap. ex multis..., caus. 1, 3.*

Age vero obligatio imposita præsentatis vel nominatis a patronis laicis in parœcias suscipiendi horum causas et litis expensas in iudicio supportandi, nullibi, a iure vel a tabulis fundationum præscriptum invenitur uti nuper superius visum fuit. Ergo per huius oneris præstationem in simoniæ reatum incurritur.

Neque dicatur in themate non constare de pacto vel conventione inter præsentatos et patronos intercedente. Pluribus enim huic difficultati occurri potest. Primo enim reponi potest quod licet pactum explicitum et formalem non intercesserit, tamen adest implicitum et virtuale, quod sufficit ad simoniæ reatum incurrendum, uti tradit Card. De Luca *in disc. de benef. 127, n. 2.* Hoc constat ex facto ipso quod præsentationem vel nominationem sequitur: ut enem hæc admittatur, coram curia probari debet legitimum ius præsentantis vel nominantis, quod nominatus ipse, non patronus, præstat.

«El patrono, dice el Emmo. Arzobispo, expide el título de presentación á favor de un clérigo, más no comparece en el Tribunal á demostrar su derecho, sino que es el presentado quien se apersona al pleito que llaman fiscal y abona todas las diligencias que se practican para probar el derecho de patronato; de modo que, mediante el pago de las costas judiciales, consigue el nombramiento para el curato, y el patrono nada gasta para probar su derecho.»

Unde nominatus, in actu ipso nominationis implícite sese obligat ad patrimoni ius sustinendum: quae iuris defensio vel comprobacio in iudicio, cum aliquid temporale sit, merito simoniaca labe infecta censetur.

Insuper hæc operis præstatio ex parte præsentati, refunditur in commodum et utilitatem patroni: iam vero ex pluribus decisionibus H. S. C. prohíbitum est, ocasione collationis beneficii, vel presentationis, aut nominationiis, aliquid persolvi quod in privatorum utilitatem cedat, sed tan-

tum permittitur eius erogatio in pios usus: Confer. resolutiones in *Avenionen.* 1586, in *Segobien.* 11 Iulii 1590, *Cassanen.* 3 Dec. 1718 et in alliis causis, quas citat Richter *in adnotationib. ad Conc. Trid. sess. 24, cap. 14 de Ref.*

Nec iuvaret regerere quod taliter præsentati aut nominati hanc patronorum iuris tuitionem peragunt non ex pacto vel conventione, sed tantum ex grato animi sensu; vel ad se redimendum ab iniusta vexatione.

Non prodest, inquam, prima ratio, nam ab Innoc. XI damnata fuit sequens propositio: «Dare temporale pro spirituali non est simonia quando temporale non datur tamquam pretium... vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut contra.» *(Confer. san Alphons, l. c., n. 54).*

Non prodest altera adducta ratio de redemptione ab iniusta vexatione: nam ut hoc sit licitum requiritur ut ius in beneficio sit undequaque certum et absolutum, ut decet Bened. XIV, *de Syn. diœc., lib. XII, cap. 6, n. 9* «Habenti ius, non tantum ad beneficium, sed in ipso beneficio, et in quidem adeo certum et manifestum, ut nequeat rationabiliter in quæstionem aduci, permittitur a ss. canonibus pecunia redimere vexationem sibi iniuste illatam; quod desumitur *ex cap. Dilectus 28 de Simón.*, docentque *S. Thom. 2.ª 2.æ, quaes. 100, ar. 2 ad 5*, et alii. «At ius nominatorum vel præsentatorum ad animarum curam non est absolutum, sed tantum ius ad rem, cum adhuc desideretur institutio et possessio in beneficium. Ergo allata theoria de redemptione ab iniusta vexatione applicare non potest.

Demum allata praxis videtur maxime reprobanda ex consectariis quæ ex ea derivant, tum quia per ipsam patet aditus idignis ad beneficia, tum etiam quia patronis præbetur ansa exercendi actus simoniacos, cum magno fidelium scandalo et dispendio curæ animarum. Ista inconvenientiæ iam superius ab Ordinario Compostellano sunt enarrata.

Hinc idem Ordinarius concludit ad tanta incommoda vitanda maxime conducere si declaretur onus tuendi iura patronorum in iudicio et expresas sustinendi non afficere præsentatos, sed patronos præsentantes. Hoc statuto et declarato principio, nonnulli ex patronis ad lites vitandas patronatui facile nuncium mittent, via fraudibus et simoniæ præcludetur, et ita sensim sine sensu plura parœcialia beneficia ad Ordinarium collatorem debunt, dum in præ-

senti tempore eorum tertia pars in Compostellana diœcesi obnoxia manet laicali patronatui.

Ex adverso, pro manutentione allatæ praxis hæc adverti possunt. Præmisso quod ipsa pro se habet suffragium longissimi temporis, et quod contra eam non apparet unquam Ordinarios Compostellanos reclamasse, in primis non videtur tuto asseri posse, quod ipsa non respondeat iusticiæ legibus.

Sane actus præsentationis vel nominationis intime connectitur cum iurepatronatu, quatenus hoc est illius fundamentum, Ex hac intima connexione fit, ut nominati vel præsentati ad tuendum suum ius ad beneficium necesse habent probare, legitime fuisse præsentatos seu nominatos a personis quæ realiter patronatu pollent. Unde non tam patronorum causa agitur; et hinc æquitas naturalis postulat ut hi expensas litis supportent; vel alia peragant quæ prodesse possunt ad comprobandum iuspatronatum in illis qui eos præsentarum. Notum siquidem est principium illum sentire debere incommodum, qui et commodum sentit.

Insuper hæc obligatio in præsentatis est inducta á longa consuetudine, quæ sicuti vim habet in ipsos novum onus inducendi, ita favore patronorum parit liberationem. Id facile comprobari potest ex *cap. ult. de consuet.*, in quo edicitur consuetudinem rationabíliter præscriptam abrogare posse legem et novam inducere. Quod vero invecta praxis sit rationi consentanea ex nuper disputatis facile colligitur.

Neque secundo, solido videtur niti fundamento quod Emus. Archiepiscopus asserit in praefata quaestione eamdem scilicet praxim referre speciem simoniae. in beneficiorum collatione simonia intercedat, ut alibi notatum iam fuit, pactum vel conventio inter dantem et accipientem beneficium adesse oportet et quidem haec conventio praecedere debet beneficii receptionem. «Adeo vero pactum praecedens, ait Engel, *Colleg univ. iur. can., tib. 5, tit, 3,* § *1,* est necessarium, ut sine eo non reputetur simonia, quamvis res temporalis pro spirituali detur. Unde qui libere et sponte aliquid donat ei, a quo rem, aut beneficium spirituale accepit, non propterea simoniam committit; quia res spiritualis non est deducta in commercium, et

obligationem pro re temporali tamquam eius pretio, sed munus datum est ostendendi animi grati causa...»

Age vero in themate haec conventio inter patronum et praesentatum non demonstratur praecedens factae praesentationi, sed tantum ipsa arguitur ex post facto defensionis praestitae a praesentato cum solutione litis expensarum in causa postea secuta circa existentiam iutripatronatus in patrono. Inde igitur deduci non potest adesse simoniam, quamvis præsentatus litem patrono intentatam sustineat intuitu factæ in sui favorem nominationis; non enim constat de præcedenti pacto.

Verum si hæc obligatio in præsentatis non oritur ex pacto, quæri posset super quo fundamento innitatur. Cui quæstioni responsio facilis est: nempe ipsa originem ducit ab existente consuetudine. Aliunde compertum est ex quotidiana praxi plures expensas fieri sive in rescript's Pontificiis obtinendis, sive in aliis dispensationibus, non solum coram Curia Romana a qua gratiæ huiusmodi exeunt, sed etiam coram Curiis Episcopalibus in quibus priusquam rescripta executioni mandentur quidam parvus processus fieri solet; et solutionem harum taxarum vel expensarum nemo utí simoniacam incriminatur. Ergo á pari videretur esse sentiendum de expensis quæ fiunt a præsentationis in iudicio intentato patronis, ut opposita legitimitati præsentationis vel nominationis removeantur impedimenta.

Quo vero ad allegatos casus ab Emo. Archiepiscopo, aliqua provisio in particulari, prouti ferunt, circumstantiæ, ab H. S. C. invocari posset; sed exinde concludi ad abrogationem omnium iurium patronatuum laicalium in diœcesi existentium, neque iustum neque prudens apparet. Non iustum, quia patroni sunt in quasi possessione sæculari suorum iurium, non prudens quia ex hujusmodi abrogationi iurgia et tricæ exorirentur, præsertim inspecta novitate adductæ rationis labis simoniacæ, de qua hucusque numquam cogitatum fuisse apparet.

Hisce utrinque delibatis modo sequentia pro solutione subiicio.

## DUBIA

*I. An liceat clerico praesentato a patrono laico se sistere in iudicio ad sustinendam litem super iurepatronatus et solvere litis expensas in casu.*

*II. An prohibendum sit patronis laicis ut clericis ab ipsis praesentatis imponant onus sustinendi litem et solvendi expensas in casu.*

Die 22 Decembris 1906, Sacra Congregatio Emmorum. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad supradicta dubia respondit: Ad mentem.—Mens autem est quod, si nulla pactio præcedenter ad nominationem intercedat inter clericum præsentatum et patronum, interventio clerici ab sustinendam litem super jurepatronatus censeri non potest simoniaca, et ideo sub hoc respectu illicita. Quoties vero intersit pactio aut impositio oneris ex parte patroni, adeo ut nominatio censenda sit facta sub conditione et modo contratus «do ut des», tunc censendum est haberi simoniam et idcirco tunc patroni tum clerici nominati actionem esse illicitam ac prohibendam.—† VICETIUS, *Cardinalis Episcopus Praenestinus, Praefectus.*=C. de Lai.—*Secretarius.* Hay un sello con las Armas del Emmo. Cardenal Perfecto.

* * *

**Sobre derechos de estola.—Intervención del promotor fiscal.**

El año 1903 surgió una cuestión entre un párroco de Santander y su coadjutor, sobre el pago de 29 pesetas que este último reclamaba por un funeral y tres entierros, cantidad que el párroco había ingresado en las cuentas de fábrica, aunque la ausencia del coadjutor durante la que se habían obtenido tales derechos, había sido con permiso superior.

Vista la causa sumariamente en la curia de Santander, el Provisor y Vicario general sentenció á favor del coadjutor, pero sin cargar las costas al cura.

El párroco, no conforme con la sentencia apeló al tribunal Metropolitano de Burgos, que confirmó la primera sentencia, pero cargando al párroco las costas.

Tampoco se aquietó el cura ante esta segunda decisión y acudió al Supremo Tribunal de la Rota de Madrid, el cual, examinadas ambas sentencias, decretó que el párroco estaba obligado á pagar las dichas 29 pesetas por lo menos por razón de equidad.

Todavía no se conformó el párroco y apeló al segundo turno del mismo Supremo Tribunal, el cual en 30 de Marzo de 1905 declaró que todas las actuaciones judi-

ciales de la curia de Santander eran nulas por haberse hecho sin citación é intervención del promotor fiscal; sin embargo quiso que á cada parte se le diera su derecho.

Llevóse la cuestión hasta la Sagrada Congregación del Concilio, la cual, en 22 de Julio del mismo año, contestó: «Que no se debía apelar del segundo turno de la Rota de Madrid por negocio de tan poca monta» y castigó la ligereza y tenacidad del párroco, imponiéndole unos ejercicios espirituales que había de practicar por el tiempo y en la forma que el Obispo designase.

Con ocasión de este pleito, el Obispo de Santander, deseando una norma segura sobre si es ó no necesaria la intervención del ministerio fiscal en los juicios sumarios en que la cuestión se agita entre coadjutor y cura sobre derechos de estola en cantidades de poca importancia, aplicadas ya por el párroco á la fábrica parroquial, juzgó oportuno elevar á la Sagrada Congregación del Concilio la siguiente duda.

«An sit necessaria præsentia promotoris fiscalis in iudicio summario; quando parochus per seipsum defendat vel vindicet proventus ex iuribus stolæ, quos dum essent controversi, idem parochus applicuerit fabricæ ecclesiæ parochialis?»

A esta duda la Sagrada Congregación del Concilio contesto: «Ad dubium propositum ab Episcopo, *Negative*».

## NOMBRAMIENTOS

S. E. Ilma. ha tenido á bien nombrar Vice-Arcipreste del Distrito de Robledo al Rvdo. Sr. Cura párroco de Castromarigo, D. Pedro A. Losada Villar.

## Asociación Sacerdotal de Sufragios.

### Relación de señores asociados.

(CONTINUACIÓN)

D. Cesáreo Rodríguez Marto.

# MOVIMIENTO DEL PERSONAL ECLESIÁSTICO

Han sido nombrados:

COADJUTORES

*De* Sotillo (Cabrera Baja), D. Leopoldo de Prada García, Regente que era de Campelo y Canedo.

*De* Manzanal de Abajo (Carballeda), D. Juan Barrio Saavedra, que lo era de Porto.

*De* Palazuelo (Orbigo), D. Alejandro Fernández Brime, que lo era de Drados.

*De* Porto (Sanabria), D. José Rodríguez Sanromán, que lo era de Manzanal de Abajo.

*De* la Encomienda (Trives y Manzaneda), D. Restituto García González, que lo era de Cobelo y Fornelos.

*De* Entoma (Valdeorras), D. Atanasio Grande Yende, Coadjutor 1|2 dotación Ecónomo que es de Sobradelo.

*De* Moral y Cadafresnes (Villafranca), D. Cesareo Rodríguez Marto, que lo era de Sotillo.

*De* Cobelo y Fornelos (Viana), D. Antonio Fraga Rodríguez, Pbro. sin cargo.

†

## NECROLOGÍA

Ha fallecido el Pbro. D. Antonio Ugidos García Párroco de Matalobos (Páramo); pertenecía á la Asociación de sufragios y tenía acreditado el cumplimiento de Misas. Hace el número 114 de los Hermanos difuntos.

Ha fallecido también el 27 del pasado mes de Febrero D. Blas Rodriguez Arias, Párroco de San Martín de Quiroga, pertenecía á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía acreditado el cumplimiento de cargas. Hace el número 115 de los Hermanos difuntos.

R. I. P.

## SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA

### Limosnas para Su Santidad.

Párroco de S. Román del Valle, 2 ptas.—Fieles de Castrocontrigo, 2 id.—Pco. de Maire de Castropodame, 4,10 id.—Id. de Paramio y Ferreros, 15 id.—Id. de San Miguel de las Dueñas, 3 id.—Ecónomo y fieles de Manzanal de Abajo, 5 id.—Pco. de Paradaseca, 2 id.—Fieles de id., 1,50 id.—Coadj. y fieles de Villarmiel, 6 id.—Ecónomo y fieles de Truchas, 16 id.—Id. y una devota de Quintanilla de Yuoso, 3,50 id.—Pco. y fieles de Riego de Ambrox, 5 id.—Coad. é id. de Acebo, 2,50.

### Santos Lugares.

Pco. y fieles de Vigo de Sanabria, 3 ptas.—Id. y fieles de Valdespino de Sanabria de dos años, 6 id.—Ecónomo y fieles de Pradilla 2,60 id.—Pco. y fieles de Solveira, 6,15 id.—Ecónomo y fieles de Curillas, 2 id.—Ecónomo y fieles de la Malonga 3,50.—Pco. y fieles de Donadillo, 3 id.—Pco. de Laroco, 6 id.—Id. de Conso, 6 id. Coadj. y fieles de Rosinos de la Requejada, 5,35 id.—Reg. de Oulego, 1 id.—Ecónomo y fieles de Rosinos de la Requejada, 5,35 id.—Coadj. y fieles de Arcos de la Polvorosa, 1 id.—Pco. de Hospital de Orbigo, 1 id.—Coadj. y fieles del Puente de Orbigo, 1,50 id.—Coadj. y fieles de Domíz, 4 id.—Pco. y fieles de Otero de Ponferrada, 1,75.—Id. id. de Villanueva de Valrojo. 6 id.—

Id. id. de San Mamed, 2,50 id.—Id. id. de Regueras de Arriba, 3 id.—Coadj. y fieles de Regueras de Abajo, 5 id.—Pco. y fieles de Fresnedelo, 3 id.—Id. id. de Castropepe, 3 id.—Coadj. y fieles de Fresno, 1,50 id.—De la Testamentaria de D. Juan Salvadores, párroco de Robledo de Valduerna, entregadas por D. Ignacio Franco de Santiagomillas, 11. id.

Pco. y fieles de Azares del Páramo, 1 id.—Id. id. de S. Román el Antiguo, 8 id.—Id. id. de Cernego, 3 id.—Id. id. de San Juan de la Mata, 9 id.—Ecónomo y fieles de la Omañuela, 1,65 id.—Pco. é id. de Castro Valdeorras, 5,50.—Reg. é id. de Villanueva de Valdeorras, 5 id.—Pco. é id. de Fresno de la Polvorosa, 16,60 id.—Id. id. de Moral de Orbigo, 3,25 id.—Id. id. de Zotes, 2,50 id.—Coadjutor é id. de Zambroncinos, 1,25 id.—Pco é id. de Castropodame, 1,50 id.—Id. id. de Valtuille de Arriba, 3 id.—Id. id. de San Justo de la Vega, 4 id.—Id. id. de Miñambres, 2 id.—Coadj. de Soguillo 2 id.—Pco. de San Miguel de Lomba y Riego, 15 id.—Regente y fieles de Ferreras de Arriba, 3 id.—Pco. é id. de Santa Cristina de la Polvorosa, 2,10 id.—Pco. y una feligresa de Villamartín del Bierzo, 150 id.—Id. y fieles de Molinaseca, 20 id.—Coadj. é id. de Pumarejo, 4 id.—Pco. é id. de Camarzana de Tera, 23,25.—Pco. de San Román del Valle, 3 id.

## Propagación de Fé.

Pco. de Laroco, 6 ptas.—Id. de Cernego y fieles, 5 id.—Id. de Santa Cristina de la Polvorosa, 2 id.—Id. de Villarino, 1 id.—Una persona piadosa, 1,30 id.

## Esclavos de Africa.

Pco. de Cunas, 2,50 ptas.—Id. y fieles de S. Mamed, 2,50 id.—Id id. de Cernego, 4 id.—Id. y un feligrés de Sta. Cristina de la Polvorosa, 1,50 id —Id. de Villarino, 1. id.

# BIBLIOGRAFÍA

## Oficio de la Semana Santa para los Párrocos que celebran los Oficios Divinos sin Ministros Sagrados.

TERCERA EDICIÓN

Bien conocidas son—se dice en el prospecto de esta nueva edición—de los respetables Párrocos de las iglesias menores nuestras dos ediciones anteriores del libro que lleva por título el que encabeza este prospecto. Casi todos los Prelados de España le recomendaron en los *Boletines Eclesiásticos,* y algunos autorizaron su adquisición con cargo á los fondos del culto. En vista, pues, de tan general aceptación y tan favorable acogida' nos hemos decidido á publicar la tercera edición del expresado libro, reduciendo notablemente su volumen, sin variar los tipos, con el fin de que pueda manejarse con más facilidad y su precio resulte más económico.

Contiene la bendición de Ramos: todo el Oficio divino desde los Maitines del Jueves Santo hasta la Dominica *in Albis*: las funciones del Jueves, Viernes y Sábado Santo, y en sus lugares respectivos las Rúbricas (en castellano), tan claramente explicadas, que no dejan lugar á duda alguna. Así es, que el Párroco, sin necesidad de un estudio previo que dificulta no poco las múltiples ocupaciones de aquellos días, tendrá con este libro un guía seguro en la práctica de tantas y tan diversas ceremonias, como ocurren en las funciones sagradas de la Semana Santa. A la función de cada día precede una nota detallada de cuantos ornamentos y objetos han de prepararse, y al fin del libro va un apéndice de las commemoraciones en ambas Vísperas y Laudes de las fiestas símples y de las que hayan de simplificarse desde el 17 de Marzo hasta el 1.° de Mayo. Las condiciones materiales del libro que se anuncia, nada dejan que desear.—Se vende en las principales librerías, al precio de 5 pesetas.

IMP. Y LIB. DE N. FIDALGO, *Seminario, 3.*—ASTORGA